

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECERPTIONES EX DECRETIS SANCTI SILVESTRI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

HActenus digestis conciliis sanctorum patrum sequetur decreta presulum Romanorum prefate sedis apostolice presulum constituta, que ad fidei regulam vel ecclesiasticam pertinent disciplinam in hoc libro diligenti cura collecta sunt, ita ut singulorum pontificum quotquot decreta a nobis reperta sunt sub vniuersarum epistolarum serie propriis titulis prenotarentur eo modo quo superius presulum patrum canones nostro studio ordinati sunt, quatinus lectoris industria facilius intelligere possit dum capitulis propriis distincta intendit.

INCIPIVNT DECERPTIO NES EX DECRETIS SANCTI SILVESTRI PAPE.



TEMPORIBVS SANCTI SILVESTRI PAPE ET CON-
stantini piissimi augusti factum est magnum concilium in Nicena bithinie, & congregati sunt regulariter eiusdem Silvestri pape vocatiōe in idipsum Trecenti decem & octo episcopi catholici qui exposuerunt fidem integram catholicam immaculatam, & damnaverunt arrium fotinum sabelliumque atque sequaces eorum. Eodemque tempore & .xiii. kalendas Iuliarum die quando memoratum concilium magnum in nicea congregatum est, canonica iam facta pape vocatione in urbem romam congregavit, & ipse cum concilio prefati constantini augusti ducentos. lxxvii. episcopos, & damnavit iterum tam Calixtum quam Arrium, & Fotinum atque Sabellium, & constituit presbyterum Arrianum resipiscens non susciperet, nisi episcopus eiusdem loci eum reconciliaret, & sacrosancto chrismate per episcopalis manus impositionem sancti spiritus gratia que ab hereticis dari non potest confirmaret. In qua & consensu, & subscriptione omnium constitutum est, ut nullus laicus crimine clerico audeat inferre, & ut presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolitum, non lector adversus exorcistam, non hostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam, & non damnabitur presul nisi in. lxxii. Neque presul summus a quoque iudicabitur, quoniam scriptum est, Non est discipulus super magistrum, presbyter autem cardinalis nisi. xliiii. testibus non damnabitur, diaconus cardinalis constitutus urbis rome nisi in. xxvi. non damnabitur, subdiaconus, acolitus, exorcista, lector, hostiarius nisi sicut scriptum est, in septem testibus non damnabitur. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia uxores & filios habentes, & omnino christum predicantes, testimonium laici adversus clericum nemo recipiat, nemo enim clericum quolibet in publico examinare presumat nisi in ecclesia. **N**emo enim clericus vel diaconus aut presbyter propter quolibet causam intret in curiam, nec ante iudicem cinctum causam dicere presumat, quoniam omnis curia a cruore dicitur & immolatione simulacrorum, Et si quis clericus accusans clericum in curiam introierit anathema suscipiat. Hec inter cetera in predicta omnium consulta constituit synodo, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare presumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato terreno scilicet lino precreato atque contexto sicut corpus domini nostri Iesu christi in sindone munda sepultum fuit. Et si quis desideraret in ecclesia militare, aut perficere, ut esset prior hostiarius deinde lector, & postea exorcista per tempora que episcopus constituerit, deinde acolitus annos quinque, subdiaconus quinque annis, custos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus probatus ex omni parte in tantum ut etiam ab his qui foris sunt testimonium habeat bonum vnius videlicet uxoris virum que tamen a sacerdote sit benedicta, & si probatus fuerit dignus, & vota populi & cleri concurrerint canonice episcopus consecratur, quem postea nec clerus, nec populus perturbare debet, quia episcopi qui throni dei vocantur non sunt lacerandi de quibus ait. Beatus Paulus apostolus, Seniorum ne increpaueris, sed ut patrem obsecra, legimus namque ipso domino dicente non esse discipulum super magistrum, hoc est non sibi debere quem ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam, nec aliqua machinatione domini discipulos, id est apostolorum successores detrahare aut infamare, quia iniuria doctorum ad christum pertinet cuius vice legatione funguntur, qualiter enim dominum contristent, qui hoc agere presumunt dominus in euangelio testatur, ait enim ipse saluator quod expediat scandalizanti unum de pusillis istis in maris profunda demergi, & molam a linaria collo eius suspendi. Si talis ergo pena domini discipulos scandalizantibus promittitur, quid in futuro eis pervenire debeat summopere perscrutandum est, quoniam non parum periculi illis manere poterit ante dominum, qui hec detrectet suis exhibere ministris, Quod ita demum probare poterit, si deum timeant qui talia exercere minime formidant, si imposito sibi met improbo silentio

Q. i.

à talibus se deinceps custodiāt, quia nichil prodest homini reliqua bona agere nisi mēs ab iniquitate reuocetur, & ab obtreccionib⁹ lingua cohibeatur. Vnde ait ppheta. Conibe linguā tuā a malo, & labia tua ne loquantur dolū, diuerte a malo, & fac bonū. Nemo enim bonum facies alteri verbo, aut facto nocere vult & reliqua. Hic in memorata constituit omniū cū cōsensu synodo, vt null⁹ presbyter missas celebrare psumat nisi in sacratīs ab epō locis qui sui particeps de cetero voluerit eē sacerdoti. Et pietatis affectu hic sanctissimus papa subgeſta synodica reuocauit apostolica auctoritate multos ab aliis episcopis excōmunicatos, & a tyrāniseiectos ad cōmunionē, & restituit eos in ecclesiis quib⁹ fuerant olim instituti sub satisfactiōe, atq; purgatos eos recepit dans exēpla futuris eruēdi sacerdotes de persequētium manibus. Constituit etiā nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu suscipi nisi quinq; episcoporum designatus sit chyrographis.

INCIPIUNT DECRETA MARCI PAPE.

EPISTOLA EGIPTIORVM PONTIFICVM AD MARCVM PAPAM
pro exemplaribus Nicenī concilii, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

A



OMINO SANCTO ET APOSTOLICI CVLMINIS VENERANDO marco sancte Romane & apostolice sedis, atq; vniuersalis ecclesie pape. Athanasius & vniuersi egiptiorū epī, Ad vos peruenisse nō dubitam⁹ quāta & qualia ab hereticis, & maxime ab artianis cotidie patimur, quoniā in tantū ab eis persequimur, vt etiā viuere iam nos tedeat. Nam instāti tempore subito & insperate in nos irruētes, nosq; iuxta pceptū dñi qui ait, si vos persecuti fuerint in vnā ciuitatē fugite in aliā, fugiēdo propter cladē populi. declinātes nos comprehendere nō valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt, in tantū enim nostra vastauerūt, vt nec libros, nec vestimēta ecclesiastica aliaq; ornamenta, nec reliqua vtilia nobis dimitterēt. Libros vero nostrosq; ad minimū incēdētes, nec iota vnū reliquētes ppter veritatis fidē nicenā synodū qua clerus & popul⁹ imbuebatur & maxime iam imbuti erāt in contumeliā nostrā, & omniū christianorū incēderūt. Quapropter pcamur pater beatissime, quia nō dubitam⁹ apud vos plenaria esse nicenī cōciliū exēplaria, vt nobis illa que sancte recordatiōis pdecessoris vñi siluestri fuerūt sub tuta mittatis stipulatiōe. Nā qñ pdictē synodo cū beate memorie alexādro digno deo pōtifice nostro, id est alexādrine magne ciuitatis epō in diaconatus interfuim⁹ officio sub nostre p̄sentie testimoniō p beatos viros victorē, vincetiū p̄byteros apostolice sedis apocrisarios missa sunt pdicto pape siluestro cū astipulatiōe subnexa capitula septuagita. Sane p̄sentib⁹ nobis octoginta immemorata capitula tractata sunt synodo, scilicet, xl. a grecis greca edita lingua, & xl. a latinis similiter latina edita lingua, sed visum est trecētis decē & octo patrib⁹ in pdicto sancto spū repletis cōcilio cōgregatis, & maxime iam dicto alexādro & apostolice sedis apocrisariis vt decē capitula adunaretur aliis atq; cōgruis i locis insererētur, & ad formā lx. discipulorū vel toti⁹ orbis terre linguarū, lx. tantū & tā excellētis cōciliū fierēt capitula, que omnē xpianorū informaret orbē & omnes sub sacerdotali & xpiano nomine degētes vna fides, & vna sacerdotalis, atq; clericalis regeret norma, nec quisq; a suo dissideret capite. Nūc ergo vt pdictū est inimici sancte dei ecclesie & maxie arriani a quib⁹ cotidie expugnamur cōterimur & opprimimur p̄fata, lxx. nicenī cōciliū capla que de p̄fata synodo iam facta iubente dño meo alexādro decreto omniū episcoporū attuli que etiā corā omnib⁹ recitauī atq; trāscripsi sunt igne cōbusta, optam⁹ vt a vestre sancte sedis ecclesie auctoritate que est mater, & caput omniū ecclesiarū ea ad correptionē, & recreationē fidelīū orthodoxū percipere per p̄sentes legatos mereamur. Vere nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spūs in tantū esse accēsum, vt omnib⁹ opp̄sis succurratis, quātomagis nobis qui licet exigui ordinis tamē vestri sum⁹ vobisq; obediētes cū omnib⁹ nobis cōmissis & sumus, & esse semper volumus. Ideo decet & oportet vos nobis hec que rogamus & alia que necessaria iuxta sapiētia quā vobis p̄stauit altissimus esse cōgnoueritis absq; tarditate p̄stare, vt tāte miserie squallores a fidelium mentibus detergātur, & quasi vulnus corpori infixū aditu tāte miserie obsecrato salutarī curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine vestraq; auctoritate atq; auxilio roborati aduersantiū tergiuersationes euadere valeamus, atq; incōfuso vultu nō fraude cuiusq; perculli assistere eterno iudici mereamur, & vocem audire inquit⁹, euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā, intra in gaudiū domini tui. Et subscriptio, Orantē p nobis sanctū apostolatū vestrū lōgeuis dñs cōseruet temporibus.

Rescriptio

PRESCRIPTIO MARCI PAPE DE MISSIONE CAPITVLORVM

Nicensi concilii Athanasio & omnibus egiptiorum episcopis.



OMINIS VENERABILIBVS FRATRIBVS ATHANA

A

sio, & vniuersis egiptiorum episcopis, Marcus sancte Romane apostolice sedis & vniuersalis ecclesie episcopus. Doleo fratres & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vento agitata non estis harundo, sed recti in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes incessanter perduratis, Lectis ergo fraternitatis vestre litteris vigore constantie vestre que olim noueramus agnouimus congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi qui sub specie ouium subintrarunt bestiali seuitia supplices quasque dilacerent, qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea que sunt sana corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, ut bonum quod incepistis adminiculante diuina gratia usque in finem perducere satagatis veritatis voce monente. Beatus qui perseuerauerit usque in finem. Vnde enim beata perseuerantia nisi de virtute patietur? Nam iuxta apostolum omnes qui voluerint pie viuere in christo persecutionem patietur, que non in eo tantum computanda est, quod contra christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscumque suppliciis cum persecutionum seuitiam suppleat, sed dissimilitudines morum & contumacie inobedientium, & malignarum tela linguarum quibusque conflictationibus communia semper membra pulsanter, a nulla priorum portio conflictatione sit libera, Ita ut periculis nec otio careant nec labore, nam hec & omnia incrementa probabiliu studiorum, & in eis usque in finem perseuerantia, atque bone voluntatis incrementa ad christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus que agimus deus omni perfecte laudetur tempore.

De capitulorum namque verorum Nicensi concilio quibus nos inter fuisse litteris vestre fraternitatis signifi-
castis a nostris qui vna vobiscum interfuerunt diligentioribus requisitiuim collocutionibus, qui ita ut vestre testate sunt littere omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestram epistolam per omnia vera esse testificati sunt non ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitraremur, sed nos & vos illosque absque ulla in posterum titubatione vnum sentire optarem, & sancta romana ecclesia que semper immaculata mansit, & domino prouideret, & beato Petro apostolo opere ferente in futuro manebit sine ulla hereticorum insultatione firma & immobilis omni tempore persisteret. His ita pactis diligenter requirerent in sancto nostre & apostolice sedis scrinio eadem que sancte recordationis predecessori meo siue vestro sunt directa septuaginta (sicut significastis) capitula illesa inuenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem, & subscriptionem tantorum patrum, & eius magni concilii minime misimus, sed per eadem coram apocrypharum vestris alia similia eundem numerum eademque verba, & ipsam subscriptionem continenti vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non negligenda nobis hec prescripti spiritus gratia dominus docuit, sed fideliter exercenda & fratribus contradenda & docenda distribuit. Hec apostolorum viva traditio, hec est vera charitas que predicanda est, & precipue diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda, hec sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum christi ecclesia que per omnipotentis dei gratiam a tramite apostolice traditionis nunquam errasse probatur, nec hereticorum nouitatibus deprauanda succubuit, sed ut in exordio norma fidei christiana ne precepit ab auctoribus suis apostolorum christi principibus illibata sine tenore manet secundum ipsius domini saluatoris diuinam pollicitationem, quod discipulorum suorum principum in suis fatus est euangelis, Petre in quiens ecce sathana expetiuit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem propter te rogavi ut non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hereticis & emulis christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quam dominus & saluator omnium cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine qui si de beati petri non defecturam promissit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices mee exiguitatis predecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum, quorum & pusillitas mea licet impar sit & infirma, per susceptum tamen diuinam dignationem misterio pedissequa cupit existere, ve enim erit nobis qui huius misterii onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu christi quam apostoli predicauerunt predicare neglexerimus, ve erit nobis si silentio veritatem oppresserimus? quod erogare nummulariis iubemur, id est christianos populos imbuiere & docere, quod ipsi christi futuro dicturi sumus examine, si sermone eius veritatem confundimur predicare? Quid erit de nobis cum de commissis nobis aiabus, & de officio suscepto ratione iustus iudex christus deus noster districtam exegerit. Ideo fratres hortor dilectionem vestram clementer, & moneo, ut qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos hereticos & inimicos sancte dei ecclesie, & a suis membris ne pestis hec latius diuulgetur, seueritate qua potestis pro vobis extirpetis, quoniam ut habebit a deo digne remunerationis premium qui diligenter quod ad salutem commisit.

Q. ii.

sibi plebis proficiat fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentie se non poterit excusare quicūq; plebē suā contra sacrilege persuasionis auctores noluerit custodire, data. xx. kalendas Nouembris nepotiano & secundo viris clarissimis consulibus.

Incipiunt decreta Iulii pape.

INCIPIT ROMANA SYNODVS HABITA A IULIO PAPA ET RELIQUIS ORTHODOXIS EPISCOPIS.

A  **N** NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI Iesu xpi, imperantibus quoq; cōstatio & cōstante augustis anno quarto sub die xix. kalendarū octobrium indictione sexta, p̄sidente sancto ac beatissimo Iulio papa sedis apostolice vrbis rome, prepositis sacrosanctis & venerabilibus euangelis in ecclesia domini dei, & saluatoris nostri Iesu christi, que vocatur constantiniana, residētibus etiā viris venerabilibus pariterq; cū eo audientibus benedicto Aquileiensi episcopo, Rufo carthaginensi episcopo, Agapito rauānatis ecclesie episcopo, Iulio mediolanensi episcopo, Luciano maurianensi & reliquis cum eis centum sexdecim episcopis, Iulius sanctissimus predictus episcopus vrbis rome dixit. Sancte dei & apostolice synodo & dei voluntate, & gratia indiuisa cōmunionē sancti spiritus in hac cōsonanter & vnanimiter congrate antiqua alma vrbe Rome ad cōfirmationē sacrā & correctionē fidei nostre, & christianorum immaculate discipline, vt nostis beatissimi fratres necesse est cogitare, & cōsonanter omnes nos docere secundū naturam dei summi, & patris sapientiā domini dei & saluatoris nostri Iesu christi omni desiderāti humanā diuināq; in eo attestāte veritatis voce naturam, quoniā qui cōfitebitur me corā hominibus confitebor & ego enim corā patre meo qui in celis est: Qui autē negauerit me & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo qui in celis est. Vnde oportet, vt primo fidē trecentorū decem & octo patrum in nicena synodo corroboratā ponamus, & postmodū que necessaria sunt fideliter tractemus. Cui ab omnibus vna voce responsum est, Ad hoc cōuenim⁹, vt hoc primū secundū dei voluntatem faciamus, & a fundamento Christi Iesu incipiamus, & denuo pro fratrum oppressione tractātes laboremus, quia dum illi tam grauiter affliguntur nos respirare, nec quiescere possumus, quia dū membravexantur corpus reliquū pacem, aut quietem minime habere poterit, hec est enim fides in nicena generali tractata synodo.

B **C** Redimus in vnū deum patrē omnipotētē omniū visibiliū inuisibiliūq; factorē, & in vnū dominum Iesum xpm filium dei natū ex patre vnigenitum hoc est ex substantia patris, deū ex deo, lumē ex lumine, deū verum ex deo vero, natum nō factum, cōsubstantialē patri per quē omnia facta sunt, & que in celo, & que i terra, Qui propter nos homines & ppter nostrā salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est passus. Et resurrexit tertia die, & ascēdit in celos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritū sanctum, dicētes autē erat quādo nō erat, aut nō erat anteq̄ fieret, aut quia ex nō existentibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicētes esse, aut creatum, aut cōuertibilē filium dei, hos tales anathematizauit catholica & apostolica ecclesia, hanc fidem venerabiliter trecenti decē & octo agnouerunt & corroborauerunt cōsonantes & vnanimes scriptis explanauerūt. Nam dominus noster mittēs ad predicādum discipulos suos ait. Eūtes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti, de quibus & affirmamus ita habere, & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse, & ita sapuisse, & vsq; ad mortē pro hac instare fide anathematizantes omnē sine deo heresim. Hec omnia ex corde, & anima sapuisse, ex quo nouim⁹ nosmet ipsos, & nunc sapere & dicere corā omnipotente deo & dño nro Iesu christo cū veritate testamur. his enim ita p̄libatis ingēnita patris natura extranea est, sed predicādum est esse cōsubstantialē patri filium eo qd nullā equalitatē ad creaturas factas dei filius habeat, sed soli patri genitori per omnē modum sit similis, & nō sit ex aliā qualibet substantia vel essentia, sed ex patris ante omnia. Si quidē ex quib⁹ sunt impia & iniqua, & sine deo dogmata Arrii, & cōsentientia ei sub p̄sentiq; omniū decreto cōplacuit anathematizari impiā eius sectā, & iniqua atq; sine deo verba simul & nomina quibus utebatur filio dei blasphemās, & dicens ex nō extantib⁹ esse, & iterū fuit aliquādo qn nō fuit. Quomodo enim fuit: aut quomodo iterū nō fuit? Et p libero arbitrio malicie, atq; virtutis capabilē filiū dei dicētes, creaturam nominantes eum, atq; facturam. Hec ergo omnia fatua & anilia & blasphemata anathematizauit

ma anathematizauit sanctū & vniuersale cōcilium, & nec vsq; ad auditū impię sectę, atq; timoris huius, aut intellectuū iniquorū sensum accommodāt. Ea quidē que de illo gesta sunt qualē terminū habuerūt oīa iam audistis & audietis, ne nos forte videamur viro obloqui ppter delictū suū impropria digna portātī. Eos enim qui diuidūt a paterna substantia & diuinitate, & alienant verbū a patre diuidi ab ecclesia catholica cōuenit, & esse alienos a noīe christiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eo qđ verbū veritatis videatur esse cauponati. Apostolicū nāq; preceptum est. Si quis vobis annūtiauerit pter quod accepistis, anathema sit. His ergo nullū cōicare denūtiare, nulla est enim cōmunio luci ad tenebras, hos pellite pcul ab omnibus, nulla enim cōcordia christi ad belial. Seruate vos fratres charissimi, vt neq; scribatis eis, neq; eorum scripta suscipiatis. Studete simul & vos fratres charissimi & cōministri tāq; spiritu p̄sentes nostro cōcilio cōsentire, atq; subscriptione vestra decernere, vt ab oībus vbiq; cōministis n̄ris cōsonantia vna seruetur. Abdicamus autē illos, & extra terminos catholice ecclie pcul abiicimus, qui nō affirmant qđ de⁹ est christus, sed aiunt, verus deus nō est, quia fili⁹ est, sed verus filius nō est, ne genitus sit simul & ingenit⁹. Sic enim se intelligere natū profitetur, quia sic dixerunt. Quod natū est factū est. Et quia cū xp̄s ante secula sit, dederunt ei principiu atq; finē, qđ non in tpe, sed habet ante secula. Oremus simul & p nobis omnib⁹ & reliquis oppressis fratribus, vt ipsi eruatur illesi, & seruentur immaculati, vt que bene placuerūt firma pmaneat per dominum nostrum Iesum xp̄m secundū bonā voluntatem facta sicuti credimus dei & patris in spiritu sancto, cui est gloria in secula seculorū. Amen. Trinitas consubstantialis eterna est, data kalen. No uembris Feliciano & Maximiano. iiii. consulibus.

EPISTOLA INCREPATORIA IVLII PAPE AD ORIENTALES EPISCOPOS pro causis athanasii, & excessibus contra Romanam ecclesiam.



VENERABILIBVS FRATRIBVS VNIVERSIS ORIENTALIBVS episcopis Iulius, Decuerat vos fratres alios ecclesiasticis instruere disciplinis, & nō talibus arguere machinātibus dicēte Iohāne baptista. Neminē cōcutiatis, neq; calūniā faciatis & reliqua. De qua re & apls Paulus nos instruit dicēs, Fratres & si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spū lenitatis, cōsiderās teipsum, ne & tu tēteris & reliqua. Et alibi Petrus apostol⁹ ait. Omnes vnanimis in oratione estote cōpatiētes. fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, nō reddētes malū p malo, vel maledictū p maledicto, sed ecōtrario benedicētes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionē hereditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere, & videre dies bonos coherceat linguā suā a malo, & labia ei⁹ ne loquatur dolū, declinet a malo & faciat bonū, inquirat pacē & sequatur eam, quia oculi dñi super iustos, & aures eius i p̄ces eorū, vult autē dñi super faciētes mala. Quid peius est fratres q̄ vt sacerdotes domini qui ab omni mala cōinquinatiōe, & a nocumēto omniū christianorū alieni debent existere, quātomagis a fratrū & coepiscopoz quostueri & subleuare debēt ab insidiis, & quos fouere & diligere sūmo pere oportet persequūtur eos eiicere & cōmuniōe priuari detrectāt. Nec recordamini sapiētiā que ait. Peruerse enim cogitatiōes separāt homines a deo, si peruerse cogitatiōes separāt homines a deo quātomagis opera iniqua. Quid enī nequi⁹ est q̄ illos de quib⁹ dñs ait, qui vos tangit, tāgit pupillā oculi mei, quisq; auertere, persequi, destruere nitatur. Probata autem virtus portat p̄tegit, & cōsolatur oppressos, & docet insipiente. Est enim deus testis cordis hoīs, scrutatorq; verus singularū cōscientiarum, & linguarū singularū auditor, quoniā spirit⁹ dñi repleuit orbē terrarū, & hoc qđ cōtinet omnia scientiā habet vocis. Et alias idē ipse ait. deus charitas est, in hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniā filiū suū vnigenitū misit deus in mūdū, vt viuam⁹ per eū. In hoc est charitas nō quasi nos dilexim⁹ deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, & misit filiū suū p̄pitiatiōē p p̄ctis n̄ris. Carissimi si de⁹ dilexit nos, & nos debemus inuicē diligere, deū nōmo vidit vnq̄. Si diligam⁹ inuicē, deus in nobis manet, & charitas ei⁹ in nobis p̄fecta est, in hoc intelligim⁹, quoniā in eo manemus & ipse in nobis, quoniā de spū suo dedit nobis, & nos vidimus & testificamur, quoniā pater misit filiū suū saluatōrē mūdi. Quisq; cōfessus fuerit quoniā Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo, & nos cognouim⁹ & credimus charitati quā habet de⁹ in nobis, de⁹ charitas ē, & q̄ manet in charitate in deo manet, & deus in eo. In hoc p̄fecta ē charitas nō quasi nos dilexerimus deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est in charitate, sed p̄fecta charitas foras mittit timorē, quoniā penā timor habet, q̄ autē timet nō est p̄fectus in charitate. Nos ergo diligam⁹ deū, quoniā de⁹ prior

Q. iiii.

dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum, diligat fratrem suum. Nam & ipsa sapientia ait, lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stulticiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos, lingua placabilis lignum vite, que autem immoderata est conteret spiritum. Domine iusti plurima fortitudo, & in fructibus impiorum conturbatio, labia sapientium disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit, victimae impiorum abominabiles erunt domino, vota iustorum placabilia. Qui sequitur iusticiam diligitur a domino. Item alibi, labia iusti considerant placita, os impiorum peruerla, simplicitas iustorum diriget eos & supplantatio peruerlorum vastabit eos, iustitia rectorum liberabit eos, & in insidiis suis capiatur iniquus iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia, in bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio, benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, Nec consideratis qui fratres persequi non cessatis qualia Iob patientissimus inter cetera exorsus loquitur, Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat michi, quod liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor, benedictio perituri super me veniebat, & cor vidue consolatus sum, iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui ceco, & pes claudus, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. Conterebam malas iniqui, & de dentibus illius auferere predam, & paulopost, Si negavi inquit, quod volebat pauperibus, & oculos vidue expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseria & de utero egressa est mecum. Nam si quis ex recto omnia considerauerit oculo, nequaquam fratribus nocere, sed liberare festinabit, quia nichil deterius est quam ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes insidiis patres sancti sinodum congregauerunt generalem in nicea vitam corrigere hominum cupientes in ecclesia commorantium, licet dudum instituta sanctorum multa patrum essent conscripta, posuerunt leges quas sacros canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad statum ecclesie sancte dei, & supplementum colonarum eius, id est episcoporum qui eam propriis humeris gestant, sunt decreta, & nouimenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere tetauerint aut eis nocere presumpserint, si quidem clerici fuerint a proprio gradu decedant. Si vero monachi aut laici fuerint anathematizentur. Quibus armati exemplis oportere arbitrati sumus ab omnipotenti deo inspirati, ut hanc accensam discordie flammam extinguere apostolica debeamus auctoritate, & non concedere eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter vna cum omnibus apostolice subiectis sancimus, ne quisquam deinceps christianorum talia perpetrare, aut episcopis temere nocere presumat, cum & doctor gentium id ipsum prohibeat dicens. Seniores ne increpaueris, sed obsecra ut patrem & reliqua, bonum est namque proculdubio & omnibus timentibus deum desiderabile cohibere dissensiones, & altercationes, fratribusque subuenire, & inuicem non inuidere, sed adiuuare. Audite inquam iam factam in nicea ciuitate synodum, cui & ego ipse consuetudine mee cultum decenter exhibui nichil aliud volens quam concordiam omnibus fabricare, & pre cunctis arguere & remouere hanc insidiantium altercationem, quas preuidentes sancti patres insidias & illicitas altercationes unanimiter in predicta nicea statuerunt synodo, ut nullus episcopus nisi in legitima synodo & suo tempore apostolica auctoritate conuocata super quibusdam criminationibus pulsatus audiat, id est indicetur vel damnetur. Sin aliter presumptum a quibusdam fuerit in vanum deducatur quod egerint, nec ecclesiastica ullomodo reputabuntur. Ipsi vero prime sedis ecclesie conuocandarum generalium synodorum iura & iudicia episcoporum singulari priuilegio euangelicis & apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis, quia semper maiores cause ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referri precepte sunt, nec ullomodo potest maior a minore iudicari, ipsa namque omnibus maior & prelata est ecclesiis, que non solummodo canonum sanctorum patrum decretis, sed domini saluatoris nostri voce singulare obtinuit principatum. Tu es inquit petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & reliqua. Et quodcumque ligaueris super terram & solueris, erunt ligata, & soluta in celo & in terra. Porro dudum a sanctis apostolis successoribusque eorum in prefatis antiquis decretum fuerat statutis que hactenus sancta & vniuersalis apostolica tenet ecclesia, non oportere preter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & hec ecclesia suo nomine consecrata domino institutente primatum, caput sit ceterarum, & ad eam quasi ad matrem, atque apicem

apicem oēs maiores ecclesie cause & iudicia episcoporum recurrant, eiusque iuxta terminum sumant sententiam, nec extra romanum quicquā ex his debere decerni pontificem, quatinus non ita proterue & pro libitu quisquā suo proprio arbitrio quibusque metropolitanus sicut agere solebat, liceat inconsulto romano pontifice, aut maiores ecclesie causas deturbare, aut episcopos damnare, sed communi sancte Romane sedis episcopi concilio & cōcordi actione queque sunt christi zelo agenda disponant, vnanimiterque recte sentiant, & ea que senserint nō sibi met discrepando, sed deo placita perficiant. Est etiam in iā fata nicena concorditer statutū synodo vt accusatores & accusationes quas seculi leges nō admittunt a sacerdotali funditus auerti nocumento, Ecce (inquit propheta) quam bonū & quā iocundum habitare fratres in vnum, Illi vero non in vnum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahūt, aut fratribus insidias preparant, Nō alieno vos fratres patiēmini peccato grauari, quia quod necesse est nos dicere veremur, id est ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur, Pre oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspiciēte beati Petri gloriā, & cum ipso cōmunes omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione sed confirmatione & veritate in christo passi sunt. Nos ergo qui domini discipuli & dici, & esse volumus, portare crucē christi & compati fratribus debemus non persequi, Subtrahite rogamus actus cogitationesque a talibus nocumentis si nō vultis ipsam in vos suscipere ultionē, quoniam talionem meretur, qui fratri foueam preparat, Et nos scitote hunc typū deinceps non esse passuros, vt ea que ad hanc specialiter sanctā pertinent sedem sicut iudicia episcoporum, & maiores ecclesie causas, vt paulo superius prelibatū est, nos patiamur nobis in consultis inuadere absque nostri status periculo, Sed si quis ab hodierna die & deinceps eum preter huius sancte sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede presumpserit, sciat se irreuerabiliter esse dānatū, & proprio carere perpetuo honore, eosque qui absque huius sedis sunt eiectione vel damnati, huius sancte sedis auctoritate scitote pristinā recipere cōmunionem, & in propriis restitui sedibus, quoniam & prius a tempore scilicet apostolorum hec huic sedi sancte concessa sunt, & postea in memorata nicena synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hereticorum persecutiones & insidiantium molimina fratrum sunt concorditer ab omnibus corroborata, vt magis singuli prouideant, ne talia audeant perpetrare, & caueant si non propter deum & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborē suū atque canonicam ultionē, saltem hec timore & verecundia compressa silentio comprimantur amputato scilicet totius usurpationis excessu, quia nullus debet presumere, que sibi nō videntur esse cōcessa, quā culpam nullomodo potuissetis incidere, si unde cōsecrationē honoris accipitis, inde legem totius obseruantie sumeretis, & beati apostoli Petri sedes que vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiastice magistra rationis, Vnde sicut multum nos ea que vobis pie recteque sunt acta letificāt, ita nimium ea que sunt perperā gesta contristant, quoniam necesse est post multarum talium experimenta causarum hec in posterum sollicitius prospici & diligentius precauere, quatinus ea que sunt ab apostolis eorumque successoribus statuta, nulla desidia negligantur nulla dissensione violentur nulla cōcertatione turbentur. Nā sicut in vno corpore multa mēbra habemus, Omnia autem mēbra nō eundem actū habent, ita multi vnum corpus sumus in christo, singuli autem alter alterius mēbra, cōnexio totius corporis vnā sanitatem vnā pulchritudinē facit, & hec quidē cōnexio totius corporis vnanimitatem requirit, sed precipue exigit cōcordiam sacerdotū quibus & si dignitas cōmunis nō est, tamen ordo generalis est, quoniam & inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quedam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamē datum vt ceteris premineret, De qua forma episcoporum quedā orta est distinctio, & magna ordinatione prouisum est, ne omnes sibi oia vindicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad vnā Petri sedem vniuersalis ecclesie cura conflueret, & nichil vsquam a suo capite dissideret, Qui ergo scit se quibusdā prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obediētiā quam exigit etiam ipse dependat. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi doctrinis variis & extraneis nolite adiici, & instituta apostolorum & apostolicorum virorum canonesque habetis, his fruimini, his circūdamini, his delectamini, his armamini vt freti contra inimicorum iacula persistere valeatis, satis enim indignum est quēquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare quam beati Petri sedē & sequi videat & docere, Multum enim cōuenit vt totum corpus ecclesie in hac sibi met obseruatione concordet que inde auctoritatem habet, vbi dominus ecclesie totius posuit principatum dicente scriptura, Ordinate in me chari

Q. iiii.

ratem, & item, omnia cum ordine fiant, Iterumque psalmista predicante. Circūdate syon, & complecti mini eam, narrate in turribus eius, Ponite corda vestra in virtute eius, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est deus dominus noster in eternum, & ipse reget nos in secula, Officii enim nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis christiane religionis zelus succumbit, ne per taciturnitatem aut favere aut consentire videamur fratrum nocumētis, data kalend. octobris Feliciano & Maximiano viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM CAVSANTIVM
QVOD IN COMMVNIONEM RECEPERIT ATHANASIVM ET
CETEROS QVOS IPSI DAMNAVERANT.

A



OMINO BEATISSIMO ET HONORABILI PATRI IVLIO apostolice sedis venerabili episcopo, Eusebius, Theognius, Theodorus, & Berinus una cum reliquis fratribus, & coepiscopis nostris in antiōchia cōgregatis, licet circa omnes Romanā ecclesiam sciamus esse munitā & apostolicam habere curā & semper matrē existere pietatis, quāquam ab oriente ad eā predicatorum pietatis aduenissent, tamen optaremus vos nobiscum cōcordare, & quos a cōione suspendimus a vobis esse suspensos, & quos in ordine cōfirmamus episcoporum a vobis esse confirmandos, nec nos secūdo loco habēdos, cum ex his p̄tibus ad vos usque dogmatizantes apostoli puenerint. Nec enim nos vestris resultauimus quīs hoc agere potuissemus, quādo Nouatianus a Romana pulsus est ecclesia, quoniam (vt iuxta vulgarem cōsuetudinē loquamur) inimicitias querit omnis qui vult recedere ab amico, Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque eius licentia a quo a communione est priuatus in cōmunionem suscepit, canonibus scilicet iubentibus, ut excommunicatus ab aliis nō suscipiatur uiuentibus illis a quibus cōmunionem priuatus esse dinoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quod concilia nostra dissoluitis, neque ea rata sinitis esse, Sunt namque a nobis & maxime a totius orientis episcopis damnati, Athanasius, Alexandrinus, Paulus constantinopolitanus, Marcellus ancyre, Asclepius gaze, Lucianusque adriopolites pro certis criminibus, quibus aduersarii sunt apud nos inscripti qui per p̄ntes huius epistole latores omnia sub certa relatione vestre innotescere non omittimus sanctitati, Quibus agnitis si nostris placitis magis quā eorum machinationibus assentire, & ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum & cōmunionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, & eis amplius quā nobis assentire iudicaueritis, cōtraria celebrabimus, & vobiscum deinceps nec cōgregari nec vobis obedire, nec vobis vestrisque fauere volumus, sed per nos quicquid melius elegerimus agere conabimur. Nā nullus est in hac parte terrarum etatē habens qui ignoret predictorum molimina seductorū. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa cōcilia diuersis & asperis temporibus celebrata, multe seditiones, multe machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa que enumerare plangum est. Nam si his consentire eligitis, tunc liquet quod nos perdere vultis, & non ut pater filios fouere. Dicunt enim & affirmant tā ciues istorum, quā etiam sacerdotes eorum, hos fouere vos velle homicidas, sacrorum tēplorum euerfores, Virginum stupratores, sacrorum librorum incēsores, sacrorumque valorum, ac ceterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gētis & patre p̄ditores, & inter sacerdotes maximā generantes discordiam, eo quod consubstantialitatis vocem que scripta nō inuenitur in fidei doctrina posuissent, Quid plura enumerare necesse est? cū propter eos nobis & cunctis huius regionis habitatoribus scientibus tanta cedes hominum sit perpetrata, ut amplius quā mille homines sint p̄strati. Talibus autem fauere quid aliud est quam sceleribus eorum cōsentire? cū sacra scriptura phibeat dicēs, Non solū qui faciunt culpabiles existūt, sed etiam qui cōsentiant faciētibus, Talibus enim vos obsistere totis viribus oportet, ne iuoluamini in p̄ctis eorum, & excommunicatione eorum ne suscipiatis. Tales enim a vobis p̄cul abiicite, ne p̄pter aiositatem taliū hoim infirme anime & ignari populi sacrilega dissentione dispereāt, Itaque oportet vos improbis p̄bere resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare p̄uersos, liquet quod eorum p̄tegatis errorē. Nec vero caret scrupulo societatis occulte, qui manifeste facinoribus definit obuiare, Decet enim vos ad arguendā p̄teruiā eorum, linguā vestrā exacuere, & velut venenosos a vobis repellere ne eorum veneno vos vtrique in aliquo sautiemini, Igitur sufficiunt nobis querimonie contra eos delate, quoniam derelinquet nos tempus scdm quod ait apostolus

apostolus, Si voluerim⁹ omnium obloquentium oblatas cōtra eos producere querelas, maxime cum hec nobis sufficiant que superius dicta sunt, Nec nobis necesse est iterū eorum diuulgare mala cū ipa per se prodeant, & maxime omnes oriētales testes super eorum malis existāt, in ore enim (iuxta quod scriptum est) duorū vel triū testium stabit oē verbum, quātomagis in multitudine tātorum sacerdotū & populorū abbatū vel monachorum in scripto & sine scripto cōtra horū prauitatē nos quotidie vox acclamantium, Nos vero diu expectamus eos per multā patientiā vt crearent vuas, sed illi ecōtrariō fecerunt labruscas. Vos ergo nō oportet de cetero negligere & differre tales, ne (quod absit) memoratis criminibus eorū submittamini irrationabiliter os episcopos ponentes, ipsi enim nisi cito corrigātur, iuxta quod beatus apostolus protestatur, secundum duritiam eorū & cor impenitēs thesaurizat sibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera ei⁹, quia corrigendī sunt, ne per temporalem delectationem, & per mendacia atq; figmenta sua vobis assensum p̄bentibus eterna perdāt premia, qui per veram penitentiam consequi poterūt, Nec hec que predicta sunt solūmodo Athanasio & sequacibus eius irrogamus, sed etiam quod contra regulā egerit quam nos decreueramus, quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotum, sed sibi met arrogando ecclesiā fuisse ingressus, & in sede resedisset, cū dudum decretum fuisset nullō a pauciore numero restitui debere, quā depositum fuisse cōstaret. Deinde quāq; eius aduentu sit turba generata, plurimiq; seditione sint mortui, & non solum hec per eū & ppter eum sunt peracta, sed etiā quidā a iam dicto Athanasio celsi iudiciis dicūtur esse cōtraditi hec & alia innumerabilia sunt ab eo suisq; sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos cōmunioni vt audiuius contra regulam in contumeliam omniū orientalium socialis, Prefato itaq; debite salutationis officio, ppter beati Petri honorem impenso postulamus, vt deinceps ad vestras hinc venientes aures, nō tam facile admittatis, neq; a nobis excommunicatos vltra velitis excipere, ne canonū transgressores inueniamini, sed magis saluafraterna charitate erratum hoc in posterū minime patiamini, & subscriptio, orantē p nobis apostolatum vestrum dominus euo custodiat lōgiore beatissime pater. Amen.

RESCRIPTVM IVLII PAPE CONTRA ORIENTALES PRO ATHANASIO ET CETERIS.



MVLIVS SANCTE ROMANE ET APOSTOLICE ECCLE A
sie ep̄s, Eusebio, Theognio, Theodoro, Berinthe, & ceteris orientalibus episcopis, decuerat vos aduersus sanctam Romanā ecclesiā & apostolicā limatē, & nō yronice loqui, quoniam & ipse dominus noster Iesus christus eam decenter allocutus ait. Tu es (inquit) Petrus, & super hāc petram edificabo ecclesiā meā, & porte inferi nō preualebunt aduersus eā, & tibi dabo claues regni celorū. Habet enim potestātē singulari priuilegio sibi cōcessam aperire & claudere ianuā regni celestis quibus voluerit. Nā si ei detrudere que domini ore sacrata atq; desuper exaltata est, nō renuistis, nec mirū si fratribus iniurias irrogare minime cessatis, vnde iam silentio nō teguntur que vestro in cōcilio turbulenter atq; cū tēpestare decreta sunt. Apparet enim quoniam tumultuosa indiscipline veritas est oppressa, vobis quippe inconsiderantibus que placent deo ppter iurgia que cōtra p̄ximos vestros habetis, & vota vestra inuitabilia eē cōtēditis, sed erit opus diuine p̄uidentie, quatinus econtrario aperte deprehēsa possint enarrari, & qcquid illic cōuenientes siue quolibet gratia, odio, aut inimicitiarum causas gessistis funditus repelli, Quapropter cum omni festinatione vos omnes ad huius sancte sedis reuerentiā volo concurrere, quatinus gestorum apud nos integritatem per vos ipsos possitis ostendere, nā nec dubitare vos credo Athanasium sacre legis doctore nō solum a nobis sed etiam a Nicēna synodo vere fidei cultore esse comprobatum, qui defuncto Alexandro mirabili sene qui Arrii p̄strauerat blasphemias post quinq; menses Nicēni concilii Alexandrinorum ecclesie suscepit presulatum, aduersus quē eiusq; sectatores multa mendacia texētes, & nudas valde calūnias quasi veras accusationes componentes nobis multorum malorū eum causam, & caput esse perhibuistis, & nō solum apud egyptū, sed etiam apud palestinā & phenicē vicinalq; gentes scriptis vestris illum perturbatorem esse significastis, Qua de re ecclesiasticam sequetes regulam vos rome regulariter ad iudicium die statuta nō sub angusto temporis spatio (vt excusatio locum nō inueniat) litteris & apocrifariis euocauim⁹, illiq; vocatione suscepta ad diem prestitutum venire, sed

vos ne vestris mendaciis capere mini vestraque calūnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oues pastoribus desolatas lupos per pastoribus super eas posuistis. Decuerat ergo ut ad regulare veniretis conuocationem qualiter de his & de aliis vestris presumptionibus veram redderetis rationem, quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret, & nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit quemadmodum innocens ut absoluitur requirit, nec suspitione caret qui alium calūniis derogat falsa dixisse cum ipse ad iudicium ut probet que intulit euocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad iam dictam canonicam conuenire vocationem, ut coram vniuersali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum, & fratrum in antiochiam subuertendum, & Niceni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis incōsultis episcopos in eam conuocastis, ad quam nec maximus hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio, canonibus quippe in nicena synodo iubentibus non debere preter sententiam Romani pontificis ullomodo concilia celebrari, nec episcopos damnari, aut cur in predictorum loco fratrum alios adulteros posuistis antequam penes nos, aut apocrifarios nostros eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim qui ad memoratam regulariter venire vocationem vident vos a predictis subtrahere calumniis multa aduersus vos lachrymabilia & doloribus plena referunt accusantes vos, & dicentes multa se importabilia a vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire illosque perseverantes in vera ratione, suisque calumniis reclamantes, super quibus & egyptiorum episcopi litteris nobis missis protestantur suis falsa esse que contra Athanasium suosque sectatores machinantur cuncta Arrianorum machinata blasphemias, Talibus namque signatis liquet eos esse inculpabiles vosque culpabiles, quia si de vera consideretis innocentiam nullomodo a iam dicta vos canonica subtraheretis euocatione, que non subito sed spatiose denuntiata est, sed omni subducta apologia absque tardatione venire, & causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis scripsi vobis, & oibus qui in antiochiam contra apostolicam canonicamque regulam nobis incōsultis fueratis congregati, arguens vos primum de iniuriis litterarum, deinde cur Athanasium suosque sectatores ad vestrum concilium conuocassetis canonibus scilicet precipientibus nichil extra Romanum decerni pontifice, cui hec & maiora ecclesiarum negotia tam ab ipso domino, quam ab omnibus vniuersorum conciliorum fratribus speciali (ut iam dictum est) priuilegio contradita sunt. Vobis vero refugientibus & ad conciliū toties conuocatis adesse nolentibus, Illis quoque in sua reclamatione & iusta ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, & illorum iustam examinantem rationem, omnesque eos Niceno concilio cōperientes & nostris apostolicis iussionibus obtemperantes, visum est nobis ac vniuerso concilio, ut nos diuinis preceptis, & apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus effectu, si quicquam reprehensionis usquam inuenitur obnoxium celeris sollicitudine, ab ignorantie imperitia, aut a presumptionis usurpatione reuocemus. His taliter cōsideratis atque discretis tanquam omnium curam gerentes propter sedis proprie dignitatem suscepimus eos in comunione, singulisque cum suis auctoritate huius sancte sedis rebus proprias reddidimus ecclesias, quoniam huic sancte sedi propter prauorum hominum insidias ipso domino instituyente & sanctis apostolis eorumque successoribus per singula concilia roborantibus hoc semper licuit, licebitque domino auxiliante in perpetuum. Vnde qui se scit aliis esse propositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed temperantiam quam ab aliis requirit gratis & ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, quia non recte tractastis viros inculpatores, & a nobis minime examinatos de suis ecclesiis communione priuatos pellentes, & ecclesiastice discipline iniuriā irrogantes, constitutumque niceni concilii minime seruantes, talia indiscipline agere non formidastis. Idcirco quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est quindécimo kalend. nouēb. vos iterum regulariter litteris missisque euocamus, ut coram vobis ostendam nos iustam in eos protulisse sententiam, & de cetero non talia esse passuros. Est & enim in antiquis ecclesie statutis decretum, ut aliena qui inuadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat, unde & in euangelio scriptum est, Quod si aliquid defraudaui reddo quadruplum. In lege quoque cautum est maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus. Amen. Quare miror vos tam audaces esse & tam impudenter egisse & terminos ac iura beati Petri apostolorum principis inuasisse. Sui enim (ut paulo superius comprobatum est) iuris erat ut absque eius sancte sedis auctoritate nullus deberet aut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum conuocare, vel dānare, que omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis presumptio, nisi quod apostolorum eorumque successorum decreta transgredi, & maledictionem superius comprehensam in lege scilicet cautam quam

tam quam omnis populus vno ore, consonaque responsione per Amen id est fiat confirmavit suscipere non timuistis. Nam ut reor talibus transgressionum funiculis constricti, nostrum ne vestra preerentur flagitia examen declinastis, & ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri crimen, qui toties euocati absque inuitabili causa venire distulerint, & purgandi se voluntate non vtuntur. Nam si de vestris dictis consideretis, & in faciem probare non ausuistis. Tales insidiatores spiritu preuidentes sancti patres in nicea congregati leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facile prohi ab improbis damnarentur, ex quibus nullas sententias his inferi iudicauimus, ut tantorum patrum auctoritate nostra roboraretur epistola, atque omnes orientales siue reliquarum partium episcopi hec audientes in tantam foueam non incidunt, ne damnatione a patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hec ex predicto concilio Niceno capitula, id est .xviii. xix. xxi. xxiii. xxvi. xxvii. xxviii. xxxiii. xli. & .v. vii. q. & .ix. ac. li. lii. liii. liiiii. lv. lvi. lvii. lviii. lix. lx. lxi. lxiii. lxvi.

Ut omnes episcopi qui in quibusdam grauioribus pulsantur vel criminantur causis quoties necesse fuerit libere apostolica appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem conuigant ut ab ea sicut semper fuit pie fulciantur, defendantur, & liberentur. Cuius dispositionis omnes maiores ecclesiasticas causas & episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reseruauit.

Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem sedis pape fieri placuerit, Placuit ut accusatus vel iudicatus a prouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, & adeat apostolicę sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam comprouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definire in consulto Romano pontifice permittitur, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit domino, Quęcumque ligaueris super terram erunt ligata & in celis, & quęcumque solueris super terram, erunt soluta & in celis.

Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari apud primate dioceseos aut penes vniuersalis apostolicę ecclesię papam iudicetur.

Accusatores & accusationes quas leges seculi non asciscunt, & nos vniuersimode submouemus, nec fiat in districta probatione impietas, cum recta sit iudicii in electione sententia.

Nullus episcopus alterius parochianum presumat retinere, aut ordinare absque eius voluntate vel iudicare, salua tamen in omnibus apostolica auctoritate, quia sicut irrita erit eius ordinatio ita & diiudicatio, quoniam censemus nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit nec iudicare vllatenus poterit.

Si quis erga episcopum vel actores ecclesię se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat iudices quam ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio comoniti ea sanare debeant, quę in querimoniam deducuntur, Quod si aliter egerit communionem priuetur.

Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus, aut a se depulsum excommunicare aut iudicare presumat, quia non est priuilegium quo possit spoliari iam nudatus. Pari tenore decernimus non credi accusatori qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partis discussionem, nec accusatores vel testes suscipi qui non sunt idonei.

Placuit si accusatus vel danatus episcopus appellauerit Romanum pontificem id statuendum quod ipse iuste censuerit, & omnes qui aduersus patres armantur infames esse censemus, neque eos qui cum inimicis morantur ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

Placuit ut semper in accusatione derisorum primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnis actus hominis precedere debet, quia dubius infidelis est, nec eis omnino est credendum qui veritatis fidem ignorant nec recte conuersationis vitam ducunt, quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuētes. Ideo suspitio eorum discutienda est primo & corrigenda, neque accusatoribus suspectis & de inimicorum domo prodeuntibus credendum.

Quod non alie metropolitane ecclesię vel primates sint, nisi ille que prius primates erant & post christi aduentum auctoritate apostolica & synodali primatum habere meruerunt. Relique vero non primates sed metropoles vocentur, eorumque prelati non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruantur.

Infames esse censemus omnes qui suam aut christianam preuaricantur legem, aut canonicam ponunt auctoritatem saluo in omnibus Romane ecclesię priuilegio, nullus metropolitanus absque ces-

- terorum omnium comprouincialium ep̄orum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt immo & causam in synodo pro facto dabit.
- A** ¶ Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobediētem suscipere non possumus, nec impetere recte credētes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtēperantes permittimus.
- B** ¶ Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab exteris iudicetur, qui prouintiales & a se electos debet habere iudices.
- C** ¶ Sæua apostolice ecclesie auctoritate nullus episcopus extra suā puinciam ad iudicium deuocetur, sed euocat⁹ ipse canonice in loco omnibus congruo tempore synodali ab omnibus comprouincialib⁹ ep̄is audiatur, qui concordem super eum canonicāq; proferre debēt sententiā, quoniam si hoc minoribus tā clericis quam laicis concessum est, quantomagis de episcopis seruari conuenit. Nam si ipse metropolitanus, aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senſerit apud primates dioceſeos, aut apud Romane sedis pontifices iudicetur.
- D** ¶ Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum, quoniam eius atq; omnis rei confessio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.
- E** ¶ Incerta nemo vnquam pontificum iudicare presumat, quia quauis vera sint, non tamen credēda, nisi que manifestis indiſiis comprobantur, nisi que manifesto iudicio cōuincuntur, nisi que iudiciali rō ordine publicantur.
- F** ¶ Criminationes maiorū natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerit, & actis publicis docuerint omni se carere suspitione atq; inimiſia, & irreprehensibilem fidē atq; conuersationem ducere.
- G** ¶ Et prouincialis synodus retractetur per vicarios vrbis Rome episcopi, si ipse decreuerit.
- H** ¶ Placuit ut a quibuscumq; iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos ubi est auctoritas maior fuerit prouocatum, audientia nō negetur. Si quis metropolitanus episcopus nisi quod ad suā solūmodo propriam pertinet parochiam sine concilio & voluntate omnium cōprouincialium episcoporum aliquid agere tentauerit gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum, sed quicquid de cōprouincialium episcoporum causis suarūq; ecclesiarum & clericorum atq; secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu cōprouincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordī administratione, sicut domin⁹ ait. Nec veni ministrari sed ministrare. Et alibi. Qui maior est vestrum erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales episcopi cum eius consilio nisi quātum ad proprias pertinet parochias agant iuxta sanctorū constituta patrū, ut vno ore, vno animo cōcorditer sancta gloriſicetur trinitas in secula.
- I** ¶ Caueāt iudices ecclesie ne absente eo cuius causa vētilatur sententiā pferāt, quia irrita erit, quippe & rationem pro actione reddent in synodo, & ut proditoris calumniā, nec eorum postea vox audiatur, nemo enim debitorem amplius pōt cognoscere, quā ille qui iniuriā eiusq; sustinet nequitia.
- K** ¶ Si quis super quibuscumq; criminibus clericum pulsandum crediderit, in prouincia in qua ille cōsistit qui pulsatur suas exerceat actiones, nec estimet eū accusator suus alibi, aut longius pertrahendū ad iudicium, ille vero qui pulsatus fuerit si iudices suspectos habuerit liceat appellare. Primates accusatum discutientes episcopum nō ante sententiā proferant damnationis quam apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut pinnocentes & canonicè examinatos regulariter testes cōuincatur. Irritam esse iniustam episcoporum damnationem, & ideo a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis, detractores qui diuina auctoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum ab episcopali submouemus accusatione. Similiter ne summorum quispiā minorū accusationib⁹ impetatur, aut dispereat, neq; in re dubia detur sententiā, nec vllum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur.
- L** ¶ Plura de his ideo hic non inserimus ne vacuare vilemve predictam facere synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusq; proluxa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atq; abundantiora scire voluerit, in sacro nostre sedis ecclesie scrinio, & ea que prediximus inuenire poterit. Verū me dixisse testis est diuinitas, de receptione vero sedis & sacerdoti atq; honoris, que dixistis Athanasium absq; concilii decreto suscipere non ita inuenimus sicut calūniati estis, sed quorundam episcoporum consilio atq; decreto recepit suū quod iniuste pdiderat sacerdotiū, ac resedit in sede.

Quod enim

Quod enim scripsistis non eum posse a pauciore numero episcoporum restitui quā depositus fuerat, non ita est, nec hec regula orthodoxorū sancte ecclesie est epōrū, sed arrianorū sciorū, videlicet vestrorū hec adinuētio ad pditionem orthodoxorū episcoporū cōtexta est. Nā vt nobis a veracibus est testibus relatū, qñ anthiochie p dānatiōe fidei de cōsubstantialitate p̄lata fuisset cōgregati edio predicti athanasii hanc regulā ptulistis que nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cōciliū actū est, nec Romane ecclesie legatio interfuit canonibus precipientibus sine eius auctoritate concilia fieri debere, nec ullū ratū ē, aut erit vnq̄ cōciliū qđ nō fultū fuerit eius auctoritate.

Igitur de fuga sup̄ qua athanasii reprehēditis nō bñ agitis, cū ipse dñs mādātū hoc nobis dedit, cū p̄cuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliā, & ipse dñs p̄femetipsum exēplū nobis demonstrās, qñ Pharisei cōsiliū fecerūt aduersus eū, vt eū occideret. Sciēs aut̄ Iesus discessit inde, & alibi, tulerūt lapides iudei vt iaceret in eum. Iesus aut̄ abscondit se, & exiuit de tēplo, & trāsiens per mediū eorū abiuit, & ita discessit, nā & discipuli ppter metū iudeorū recefferūt celātes semetipsos, & paulus in damaſco a principe gētis quesitus de muro in sporta depositus est, & manus querentis effugit, & alii quam plurimi, & innumerabiles sancti tā in veteri testamēto q̄ in nouo fugisse legūtur. Si ergo fugā ip̄p̄e ratis fugiētibus erubescite potius p̄f̄q, & q̄escite insidiari, q̄escuntq̄ cōtinuo fugiētes. Nā siue p̄imatis eos, mors semp̄ cōtravos exclamat, siue rursus exilia suppōatis, vbiq̄ in vos mali mēoriā destiare nosci mini, & illi patiēdo sibi proficiunt. Vñ & dñs ait, nolite timere eos q̄ occidūt corpus, aiām aut̄ nō possunt occidere, sed potius eū timete q̄ potest aiām & corpus perdere in gehennā, Multos enī cognouimus pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideo summo opere me cui vice apostolorum principis vniuersalis ecclesie cura commissā est prouidendum est auxiliante ipso summo apostolo ne deinceps talia fiant, quoniam ideo hec sancte sedis p̄fata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de cōgregandis conciliis, & iudiciis ac restitutionibus episcoporū quā & de negotiis, vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniuste damnati restitutionem sumāt, & talia ab improbis ne presumātur absq̄ vltione, nec exerceātur absq̄ damnatione. Non ergo recte egistis quod predictos fratres calumniati estis dicente domino, Nō tacies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eū. Nec recte egistis quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosq̄ ad concilium vocastis, & damnare presumpstis canonibus (vt premissum est) iubētibus nichil ex his absq̄ huius sancte sedis auctoritate fieri debere. Nō recte egistis quod regulariter a nobis ad concilium vocati venire distulistis, non recte egistis quod contra eos rationem reddere vt vestra erga eos aut probaretur recta sententia, aut improbaretur non venistis, nec rationalem mandastis causam, vt quid hec renuistis.

His ergo omnibus perpenlis manifestum est vos reos existere, & illos innocentes remanere, & vos recte excommunicatos, illosq̄ iuste liberari. Noluī itaq̄ dñs tam leuiter suos tractari ministros sicut facitis, aut a vobis damnari, sed sicut memoratū est, aut ab hac sancta sede cui cōmissi sunt, aut suo reseruati iudicio, ait enim. Qui vos cōtristabit me cōtristabit, q̄ fecerit iniuriā vobis recipiet id qđ iniq̄ gessit. Et quāta pena expectet eos qui dñi scādalizant discipulos euangeliū sufficiēter exponit vbi de scandalizātibus discipulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta (vt prefatum est) sede, aut sibi reseruādi ipse manifeste dat exemplum quando peccantes sacerdotes quorum locum modo in sancta ecclesia tenent episcopi, non per alium, sed per semetipsum vendentes, & ementes eiecit de templo, & menſas nūmulariorum proprio euerit flagello, & eiecit de templo, & ipse alibi ait. Deus stetit in synagoga deorum, in medio aut̄ deos discernit, & reliq̄ talia & his similia, & alibi idē ipse ait. Nolite iudicare, vt nō iudicemini, nolite cōdēnare, vt nō cōdēnemini, i quo enī iudicio iudicaueritis iudicabimini. quapropter nō tā temere (vt vos facitis) q̄ sp̄iā suā p̄sumat euomere iūgtatē sed iudicantē cuncta oportet rimari, & ordinē rerū plena inquisitione discutere, nec de illis que ei concessi sunt vllō modo iudicium presumere, interrogandi, ac proponendi, adiiciendiq̄ patiētia prebita ab eo, vt ibi actio partium limitata sit pleniter. Hec prius litigantibus sua velit sententia obuiare, nisi quādo illi peractis oibus iam nihil ampliū habuerint in questione quod proponant, nec oportet quē quam iudicari, aut dānari anteq̄ suos accusatores p̄fētes hēat locumq̄ defendēdi accipiat spatiosum ad abluenda crimina. Similiter in iam fata synodo statutum est, vt vltra prouintie terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hāc apostolicam fuerit sedem prouocatum ad quam omnes quivo- luerit libere & absq̄ vllō impedimento a quibusdam agendo confluere debent. Similiter in iam p̄fixa synodo est decretum ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut grauosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicionē, quia

R. i.

colūnas suas dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscumque agitari. Si statuit prefata synodus, ut nullum
 lra nō a suo iudice dicta cōstringat, iudices autē alii esse nō debēt quā quos ipse q̄ impetitur elegerit
 aut quos suo cū cōsensu hec sc̄ta sedes, aut eius priates auctoritate huius sc̄te sedis delegauerint, ex his
 enim & aliis que tā in hac sc̄ta sede quā & ab aplis eorūq̄ successorib⁹ sunt statuta, nichil pfatis ep̄is
 cōcessistis, sed vim eis inferētes iniuste q̄ ut sup̄ius cōmemoratū est eos dānātes aliquos absentes ex-
 pulistis qd̄ oī xp̄iane religioni est inimicū, in q̄b⁹ apparet qd̄ nec dñs sua seruastis iura, nec huic sc̄te
 matri, & aplice ecclesie que ut p̄scriptū est eos suo iudicio, aut huic sedī voluit referuari, ne a tā prauis
 sicut estis hoib⁹ dānarētur, aut eiicerētur, in his oib⁹ vos stultos & p̄uaricatores euāgeliorū, & canonū
 esse nulli sane sapiētū ē absconditū, nec his cōtēti in v̄ra estis p̄uaricatiōe, sed etiā qd̄ prius expulsos eos
 & suis expoliatos reb⁹ q̄si vocastis atq̄ dānastis, cū nullus regulariter, aut vocari aut iudicari possit
 anteq̄ sit regulariter restitutus, & sua oīa ei legib⁹ sint integerrime reformata, est nāq̄ in sepe iā dicta
 sc̄ta synodo ab oib⁹ v̄nanimiter decretū, & aplice auctoritate roboratū, ut si q̄s ep̄orū suis fuerit rebus
 expoliat⁹, & in accusatiōe pulsat⁹ ordinatiōe p̄tificū oportet & decet sanctū p̄positū priā fronte cer-
 tare, ut oīa que p̄ suggestiōes inimicorū suorū amiserat, legalr̄ prio p̄tati eius ab honorabili cōcilio re-
 integrētur, & p̄sul regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisq̄ suis, tūc ad
 t̄ps veniat ad causam, & si ita iuste videtur accusantiū p̄positionib⁹ respōdeat, q̄re ergo trāsgressi estis
 terminos patrū iudicātes & dānantes eos quos nō debuistis q̄re iudicastis eos quos non regulariter
 approbastis: Nō obseruastis qd̄ i regnorū libro scriptū ē. Nō quo modo videt hō videt de⁹, q̄a hō vi-
 det in facie, deus autē in corde videt, & in palypomenon, oīa corda scrutatur de⁹, & omnē cogitationē
 nouit, & alibi scriptū est. Nō pōt hūano cōdēnari examie quē deus suo seruauit iudicio, hec oīa sum-
 mopere p̄cauēda sunt, nec accusatio ep̄orū facile est recipiēda dicente domino nō suscipias vocē men-
 daciū, & apls inq̄t aduersus p̄b̄m inscriptionem nō suscipiēda absq̄ duob⁹ vel trib⁹ idoneis testibus.
 Si hec de p̄b̄is vel ceteris fidelib⁹ sunt p̄cauēda, q̄tomagis de ep̄is q̄b⁹ cognitis magis vos domina-
 ri velle māifestū est quā cōsulere s̄rib⁹, aut sustentare eos, q̄a honor inflat ad sup̄biā, & quod p̄uilegiū
 est ad cōcordiā tendit ad noxiā. Decuerat nāq̄ vos iuxta p̄fatas regulas, si aliqd̄ egissent cōtra suū or-
 dinem mādare nobis, & expectare qd̄ ad v̄ra cōsulta rescriberem⁹, in tātū vt si etiā q̄cū graue intolle-
 rādūq̄ cōmitterēt n̄ra p̄solaretur censura, & nichil prius, aut aliud discerneretis q̄ quod nobis placere
 cognouissetis ita vt a regulis p̄stitutis nulla, aut negligentia, aut p̄sumptiōe recederetis, cesset h̄mōi p̄f-
 sa n̄ra auctoritate p̄sumptio, vitētur h̄mōi nocumenta, q̄a neq̄ talia patienter ferre possum⁹ machina-
 menta, quoniā conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes, merito namq̄ nos cā
 respicit, si silentio faueamus errori, est insuper in p̄dicta sancta nicēna synodo statutum, vt nemo ana-
 thema in n̄ra suscipiatur accusatiōe, nec illi q̄ nos in sua nolunt recipere querela, vel accusatiōe, cum
 nos super illos sciamus a domino constitutos non illos super nos, & sicut maior non potest a minori
 iudicari, ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum est. Portem⁹ onera oīm qui grauatur
 quinimo hec portat in nobis beatus apls Petrus cuius vice fungimur legatione, & cuius regula infor-
 mamur, q̄tinus eius fulti auxilio ab oibus nunc, & in perpetuo tueamur aduersis. Data kalendis No-
 uembris Feliciano, & Maximiano viris consu.

INCIPIVNT DECRETA LIBERII PAPE.

Epistola Athanasii, & egiptiorum episcoporum ad eundem papam de oppressioni-
bus Arrianorum.

A



OMINO BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO
 patri liberio pape Athanasius, & vniuersi Egiptiorum episcopi in vnum synodice
 apud Alexādiam congregati, vestre beatissime paternitatis iura penes deum sunt
 manifesta, dum predicationibus sc̄licet apostolicis, & doctrinis vere fidei cultura
 vniuersa repleta sit terra, per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum vestra in-
 struente admonitiōe exhortatoria superēdificatur orthodoxa Christi ecclesia apos-
 tolica institutione fundata, & a fidelibus patribus firmissime roborata ad quam oēs b̄tissimi apostoli
 pari honoris